

fese illi eunti opponit, non ut perdat, sed ut a certissima perditionis via avertat, & si fieri possit ad salutem reducat, ut divina ira mitigetur.

EPISTOLA SEXTA.

Apoc. 3. n. 7. Et Angelo Philadelphie Ecclesie scribe: Hec dicit sanctus, & verus, qui habet clavem David, qui aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit.

VERSIONES.

Syrus. Er Angelo illi Ecclesie, quae est Philadelphie scribe. Hec dicit Sanctus ille verus.

Arabic. Quod dicit Sanctus ille verax, & nemo claudit, nisi qui aperit, cumque clauferit, non est qui aperiat.

Arias. Qui aperiens, nemo claudit eam, non aperiens, & nemo aperiet.

D. Aug. Qui habet claves David, acumen. Nemo claudit ipsum, nisi is, qui aperit, & nemo aperiet, nisi is, qui claudit.

Aliqua exem- Qui habet clavem in plaria. feni.

EXPOSITIO VI.

130. T Angelo Philadelphie. Urbs est in Myfia juxta Lydiam, quae iste Episcopus, maxime dubitatur. Hec dicit Sanctus, seu, ut in Graeco ille Sanctus, qui est auctor, atque amator totius Sanctitatis. Verus, qui est verax, & constans in suis dictis, & promissis.

131. Qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit. Aperit enim ipse suam Ecclesiam, quos ad eam per suam gratiam vocat: claudit verò, id est, excludit ab ea quos habere noluerit, utpote infideles; qui resistunt fidei, & gratiae ejus: quae latius explicanda sunt in quaestionibus

QUESTIO XVII.

Qua civitas esset Philadelphi, & quisnam ejus Episcopus, de quo hic agitur?

Philadelphi, ut tradit Strabo, civitas est Myfia in Asia, proxima Lydiae, quam scribit frequentibus terrae motibus fuisse concussam, ita ut ejus incolae in agris magna ex parte degerent. Alii tamen juxta Lexicum Biblicum eam ponunt in Lydia ad rades Tmoli montis, sicque dicta est a suo conditore Attalo Philadelpho, ex qua multis arbitrantur originem traxisse Protonotarium illum, qui Philadelphus est dictus, & usus septuaginta interpretum ministerio libros Moysis ex Hebraica lingua in Graecam transferendos curavit: quique Alexandriae Bibliothecam ferè quinquaginta millia librorum continentem construxit, sed aperte falluntur nominis similitudine.

Philadelphi autem Latine sonat, fraterna charitas, quam Dominus maxime commendavit, ita ut praeceptum suum peculiariter appellaverit, & ideò hanc civitatem tantum nobilitavit ut esset una ex septem, ad quas de Caelo scribit, & ipse qui facit omnia in pondere, & mensura cum summa sapientia hanc in tantum sublimavit, ut cum in ceteris omnibus Ecclesiis, praeter quam in Smyrneni inveniatur, quod reprehenderit, in hac sicut in illa non invenit, quod cum magno mysterio, & cum magna gloria illius civitatis factum est; & ideò Christus Dominus novo titulo usus est ad eam scribens, Hec dicit Sanctus, qui habet clavem David, &c.

Quisnam iste Episcopus: Cardinalis Aureolus, Lyranus existimant fuisse sanctum Quadratum, unum ex Christi discipulis, qui fide Christiani nominis valde gloriose dimissus floruit tempore Adriani Imperatoris, & contra acerrimam ejus persecutionem in Christiano ipsi Adriano Apologiam obtulit pro Christianis, quae efficit ut suam ceptam cohiberet savitiam: sanctitate, & operibus clarus Martyr obiit 26. Maii.

Sed sanctum Quadratum non potuisse esse hunc Episcopum Philadelphie ex eo patet; quia postquam sanctissimus Joannes ab exilio in Ephesum reversus est, D. Dionysius, Arcopagita tunc Athenarum Episcopus eum convenit, & deinde Romam ad Clementem Pontificem Maximum tandem se contulit, à quo in Galliam missus est, & tunc iste sanctus Quadratus in ejus Atheniensi Episcopatu successit, ut narrat Eusebius Caesar. lib. 4. c. 22. D. Hieronymus de Scripturis Eccles. in Quadrato; eumque Episcopum Atheniensem dicit Martyrologium Romanum 26. Maii, & non Philadelphensem, ut & Beda haec die, & Nicephorus histor. lib. 3. c. 21. Baronius anno Christi 128.

Merito ergo Alcazar Pereira Cornelius, & alii tenent quòd quisnam esset hic Episcopus, res omnino incerta est, & nobis ignota, tamen certum est, ut colligitur ex hac Epistola, quòd illic pietate, devotione, ac Religione insignis erat,

erat, ac si ipse clarior, & illustrior esset sua virtute, ac probitate, quam proprio nomine, Ex illius vocem quadam mulier de turba. Luc. 11. num. 27. Cur hujus sanctissimae feminae nomen non exprimitur, cum tam generosè Christum D. in Virgine Matre inter turbas blasphemantes laudaverit; ac si ipsa illustrior haberetur à sua virtute, ac generositate, qua extollit vocem in Christi laudem, quam à proprio suo nomine.

Luc. 11. Illustrior sit homo à sua virtute, quam à proprio nomine.

137. Locutus Spiritus sanctus non de Davide, ut volunt multi, sed de clarissimo Davidis duce, qui primas in fortitudine tenebatur, ut affirmant Isidorus Clarus, Vatablus, & interlinealis, & probat Carthusianus. Sic dicitur, sedens in Cathedra sapientissimi principis inter tres, ipse est quasi tenerimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit, impetu uno. Post hunc Eleazar, &c. 2. Reg. 23. n. 8. Ecce cum omnium Heroum, quos habuit David, nomina scribantur, tamen Iolus, qui inter omnes primus erat, sine nomine refertur: & cur primi nomen taceatur, eum aliorum exprimitur: Et si alii eorum insignem fortitudinem meruerint eorum nomina celebrari, cur qui ceteros sua virtute excellit, non obtinuit, ut suum nomen apponeretur? Hic primus, non solum decantatur, & sua fortitudine laudatur, sed etiam ut sapientia ac humilitate valde insignis, & inde nomen ejus non refertur, ut ostenderetur illustriorem illum fieri sua virtute, quam nomine sibi dato: & qui tam laudatus erat propria virtute, nomine decantari non indiguit. Galfridus apud Allegori. Tilman Merito, ait; proinde sedens in Cathedra suo non designatur ex nomine, ut quicumque ille sit, deferatur potius Cathedra, quam persona.

Isid. Clar. Vatabl. Interl. Carth.

2. Reg. 23. Quisque clarior virtute, quam suo nomine.

Galfrid.

QUESTIO XVIII.

Quare in titulo hujus Epistolae ad Episcopum Philadelphie, se dicit Christus D. sanctum, & verum, qui habet clavem David?

138. IN Graeco est cum articulo, Ille Sanctus, ille verus. Nam licet alii dicantur Sancti & veraces, non tamen Christi comparatione, qui antonomastice solus singulariter, & principatè est Sanctus & verax, ut bene advertit Haymo, ac proinde, Hec dicit Sanctus, & verax id est, ille, qui est ipsamet Sanctitas, ac veritas, qui est fons, & origo totius Sanctitatis, ac veritatis.

Quaestio ergo est, cur huic Episcopo scribens Christus his titulis utitur, cum quamvis quis sit maxime sacrilegus, nunquàm blasphemano ore audebit dicere, Christum esse mendacem, ac peccatorem; si hoc nunquam in dubium vocari poterat, ad quid se dicit Sanctum & veracem, ac clavem David habere.

Primo, Alcazar ait, quòd haec duo, Sanctus, & verus non sunt duo, sed unum tantum Episcopum, indicans veram sanctitatem, seu icet perfectam, & consummatam; ac proinde, Sanctus verus, id est verè Sanctus, perfectus in sanctitate; ut ita in Christo videatur Philadelphus, Sylveira in Apocalypum. Tom. I.

138. Grac.

Haymo.

Euseb. D. Hieron. Martyrol. Beda Niceph. Baron.

136. Alcazar. Peric. Cornel.

se nondum esse verum, id est perfectum, ac consummatum.

Cornelius & Ribeira, inquit, Sanctus, id est, auctor & amator sanctitatis; & verus, id est, est verax & fidelis in praestandis promissis; & addit Cornelius, hic sensus est aptior, proponit enim Christus Philadelpho, quia erat modicæ virtutis suam sanctitatem perfectam, quasi speculum, & quasi scopum, ut ad eam aspiraret, contendat ac imitetur.

Tamen utraque hæc sententia, quæ in idem coincidunt, licet sit probabilis, multam difficultatem patitur, nam etiam Episcopus Ephesinus de sua modica charitate arguitur cap. 2. n. 4. Charitatem tuam primam reliquisti. Episcopus Thyatirensis de sua desidia, quod permutat mulierem Jezabel, lib. d. 20. Sardensis arguitur, quod mortuus sit, cap. 3. n. 1. Et tamen nulli ex his obicitur à Christo, quòd ipse sit Sanctus & verus, habens clavem Davidis: ut ipsi Episcopi tanquam in speculo videant sanctitatem, ad quam debeant aspirare, & contendere. Ergo aliquid peculiare est in hoc Episcopo Philadelpho.

Genuinus sensus est: Hec dicit Sanctus, verus, qui habet clavem David, Sanctus verus, qui est forma, & idea sanctitatis & veritatis, qui habet clavem David, id est, supremam & eminentem potestatem, ut latius explicabo quaest. sequenti. His ergo significat Christus D. Ecclesiam suam per sanctitatem veritatem, ac potentiam suam fore victricem omnium perfectionum, & errorum & vim habituram, ac efficaciam sua speciali gratia, & favore in ea operante, ad conversionem gentium ac Judæorum; per suam sanctitatem conservat Ecclesiam in sua puritate vincit mundum, & expugnat errores, unde dicitur. Ecce dabo de Synagoga Satana per suam potentiam omnia subjicit, & ita dicitur: Ecce faciam illos ut veniant, & adorent ante pedes tuos. Et iterum Servabo te ab omni tentatione. Quae ventura est in universum orbem Magna etiam & alta promittit. Paciam illum columnam, &c. Et ita per sanctitatem regit Ecclesiam, per potentiam fecit victricem, per veritatem praedicit futura tentationem.

Et rectè praemittit sanctitatem veritati, quia solum ubi florere sanctitas, veritas reperitur. De Christo D. ait Joan. 1. n. 14. Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratia, & veritate. Perpende ordinem: primo dicit Filium unigenitum Patris, cum ipso consubstantialem, & plenum omnis gratia, justitiae, ac sanctitatis, & deinde subjungit plenum veritatis, quia solum ubi est ipsa divinitas, ipsaque gratia sanctitatis, ac justitiae, potest esse plenitudo veritatis. Huc advoco D. Fulgentium lib. 3. ad Trasimundum Regem cap. 3. Plenum gratia, & veritatis Evangelista cognovit, quem unum, eundemque verum hominem gratia vera Incarnationis ostenderet, & verum Deum unigenitum à Patre nativitate eterna veritas declararet. Valde profunde Sanctus Doctor divisit in Christo Jesu officia veritatis, & gratia, ut gratia hominem ostenderet, & veritas Deum declararet, ac si ipsa veritas sit notio, & signum Divinitatis.

Præscribens Deus Moysi indumentum Aaronis, ait illi, Ponas autem in rationali iudicii doctrinam,

141. Corn. Ribeira.

142.

Difficultas in his sententiis.

Apocal. 2.

143. Vera & genuina sententia, & explicatione.

144.

Joan. 1.

Ibi veritas ubi sanctitas, D. Fulgent.

145.

doctrinam, & veritatem, qua erunt in pectore Ad-  
Exod. 28. 10n, quando inq. ed. e. ur coram Domino. Exod. 28.  
n. 30. Non permittitur Aaron coram Domino  
stare absque inscriptione veritatis, quae in ejus  
pectore tutilat Et cur quando coram Domino  
ingredietur Aaron, ordinatur ut in pectore in-  
scriptam veritatem portet: cur non magis præ-  
cipitur illi puritas, ac sanctitas, ac mundities  
peccatorum, quæ maximè exoprat: ut quis  
ante oculos divinæ majestatis appareat: meri-  
tamen pro omni sordis peccatorum extinctæ  
ac prototius sanctitatis comparatæ testimo-  
nio, una tantum sufficit veritas quæ intimam  
connexionem cum sanctitate habet, ut solum  
ibi veritas reperitur, ubi sanctitas fulget, &  
niter; sanctitatis notio veritas est. Philo lib.  
de judice. Quid enim in vita est æque pretio-  
sum, ac veritas: Quam vestis sacer inscriptis loco  
sacratissimo, ea parte vestis Pontificis, ubi est  
principalis vis anima, ut Sacerdotem per hoc  
ornamentum augustiorem faceret Siquidem nul-  
lum illustrius ac evidentius testimonium san-  
ctitatis, ac puritatis vitæ exhibetur, quam  
veritas, cuius ornamentum Sacerdotem sic  
augustum, & divinum reddi, ut oculis possit  
apparere divinitatis.

Veritas con-  
nexa cum  
sanctitate.

Philo.

QUESTIO XIX.

Quid per clavem Davidis significetur,  
& cur Dominus ipsam habeat?

146. Maxime dubitatur, quid hic per clavem  
Davidis denotetur in qua re tot capita  
tot sententiæ, quædam sunt valde morales  
quædam quæ maximè ad litteram accedunt; &  
ab illis incipio.

146. D. Chryf.  
Albert.  
Hugo.  
Alcazar.  
Cruce clavem  
omnia aper-  
tius.

Primò, D. Chrysof. homil. 4. de Cruce, Al-  
bertus Magnus, Hugo, Alcazar, per clavem  
David intelligunt Crucem quæ est velut in-  
strumentum divinæ omnipotentia; nã quan-  
vis clavem omnino sit diversa à Cruce tam ma-  
teriã quam formã, tamen sicut clavem omnia  
aperit & claudit, sic per Crucem ostium Cæ-  
i referatur & portæ inferi Dæmonumque ten-  
tamenta clauduntur.

148. Hugo.  
Goffrid.  
Penitentia  
clavis regni  
Cælorum.  
D. Bernard.

Secundò ipse Hugo per clavem intelligit  
penitentiam quod festive ac appositè Goffri-  
dus Abbas serm. 1. in Nativitate Domini. Pen-  
nitentia, ait, more fidelis ostiaria gerens officium,  
ostium paradisi precantibus clausum, quando vult  
aperiri, & quos penitentes agnoscit, recipit intra  
secur penitentes, verò nec prece, nec precio in-  
trare permittit. Tertio, D. verò Bernard, per cla-  
vem regni Cælorum intelligit obedientiam, sic  
ait ipse tom. 1. 3. cap. 3. ubi sic ait, Propterea  
subditur, qui aperit, scilicet paradysum, & nemo  
claudit; quod dicit, quantum adimplentes obe-  
dientiam, quibus enim ipse portam paradisi aper-  
turi eos nemo ab ea excludere potest; quibus,  
verò claudit, ut puta inobedientibus, & rebelli-  
bus nemo profectò aperit.

149. Primaf.

Quartò, Primaf. per clavem David intelligit  
potestatem Regiam Christi, quam dici vult cla-  
vem David, quia de stirpe davidis natus est  
Christus, & david Rex fuit typus Regis Chri-  
sti, & sicut david Rex super carnalem Israël  
regnavit, sic & Christus regnat super spiritua-

lem Israël, id est, fideles. Quintò, Ansbertus  
per clavem David interpretatur ipsamet Chri-  
stum, & ratio ejus est, quia non dicit, quæ, sed  
qui aperit, id est, Christus aperit; nam & dicitur  
Christus est, juxta illud Joan. 10. n. 10. Ego sum  
ostium ovium. Sic & Christus aperit intellectu  
ad intelligendum, & voluntatem ad diligen-  
dum, aperit Cælum piis claudit impiis, Sextò  
D. Thom. 2. 2. p. 1. q. 17. art. 1. ad 2. sic interpretatur,  
quod Christus resurgens imbuit Patrem clau-  
dit, ne quis ultra illum descendat Cælumque  
Adæ peccato clausum sua morte aperuit.

Ansbert.  
Christus  
clavis.

Joan. 20.

D. Thom.

150.

Septimò, aliqui per clavem interpretantur  
divinam omnipotentiam, quæ adeo rigide  
claudit Virginem Mariam, ut nullo modo virus  
peccati originalis in illam sepeperet in primo  
instanti suæ Conceptionis quamvis infernalis  
vra o viam sibi aperiri & conaretur, & Christi  
potentia deluta sunt artes ejus. Richardus à  
S. Laurentio lib. 1. o. titulo Maria thalamus,  
sic ait. Constat hunc thalamum Dominus tam  
diligenter, ut ditionem per vigilem omnino late-  
ret, & leonem rugientem longe à se excluderet.  
Et nequidam una pateret rimula, qua posset in-  
trospicere subulis astuta inimici, Hunc thala-  
mum clausi ille, qui habet clavem David, qui  
claudit & nemo aperit. Et postea pergit expli-  
cando, quomodo cor Virginis divina virtute  
fuit clausum omni concupiscentiã, apertum  
verò deo ad credendum, ac diligendum. Sic  
ait citatus Richardus. Hæc clavem, scilicet, vir-  
tute sua, Christus firmavit cor ejus contra  
omnem concupiscentiam, quando inspiravit ei volun-  
tatem, & desideriumque perpetuum virginitatis, aperuit autè  
intellectum ejus ad credendum & affectum ejus  
ad diligendum, unde dicitur. Lucæ 1. Beata quæ  
credidisti.

Richard. de  
S. Laurent.  
Dei virtute  
Virgo Ma-  
ria clausa  
peccato ori-  
ginali.

151.

Octavò, Ambrosius, Anselmus, D. Thomas,  
Rupertus, Richardus, Pannonius, Joachim, Ly-  
ranus, Viegas, per clavem David intelligen-  
tiam, ac apertionem Scripturæ, ac omnium  
Prophetarum interpretaatur juxta illud Lucæ  
11. n. 52. Tulisti clavem scientia. Inde Dominus  
huic Præsuli, qui prædicationi incumbere de-  
bebat, dicit se habere clavem David, ut deno-  
taret huic mueri verbi Divini annuntiandi fa-  
ctis facere non posse sine Scripturarum intelli-  
gentia, quam ipse cui vult referat, & aperit.  
Richardus. Recte promissor, & largitor boni,  
Sanctus, & verus, & clavem David habere, &  
solus aperire, & claudere secreta Sapientia per-  
hibetur, & quia habet clavem David, cui vult  
mysteria Sapientia aperiri, & largiri.

D. Ambr.  
D. Anselm.  
D. Thom.  
Richard.  
Pannon.  
Joach.

152.

Sed cur dicitur magis clavem Davidis quam  
Abrahæ qui Propheta, dicitur Gen. 20. num. 7.  
vel Moyfis, qui etiam de Prophetia facultate  
commendatur, Num. 12. n. 2. vel altèius Pro-  
pheta? Ratio est, quia inter Prophetas David  
genere, gestis, regno, vaticinio maximè eminet,  
& maximè ad vivum Christi mysteria expref-  
sit, & qui Davidem intelligit, facile cæteros  
Prophetas intelligere valet.

Cur p. illi  
clav. Da-  
vid.  
Gen. 20.  
Nu. 12.

153.

Aliam rationem assignat Rupertus hoc lo-  
co lib. 2. in Apocal. Poteat sic dicere, ait  
qui habet clavem omnium Prophetarum & ad  
eorum intelligentiam, quos vult, intravit: sed  
voluit unam pro omnibus ponere, quæ filii  
suis, filii Dei mysteria gestis præsignavit, cala-  
mo scripsit, Psalterio cecinit. Unum pro om-  
nibus posuit Davidem; nam inter cæteros  
Prophete

Rupertus.

QUESTIO XX.

Quare cum Christus habeat clavem ad  
aperiendum & claudendum ipse ta-  
men ad ostium sponsæ pulsatur, ut ei  
aperiat?

Christus D. hic introducitur habens cla-  
vem David ad aperiendum, & clauden-  
dum, prout ipse voluerit. Cur ergo ipse ad  
ostium sponsæ pulsatur? Aperi mihi foror mea.  
Cant. 5. n. 2. Qui alicujus januæ clavem tenet,  
non indiget quod ab alio postulet, ut eum sibi  
referet cum in ejus potestate constitutum sit,  
mediante clave eam aperire. Quomodo ipse  
tenens clavem David, pulsatur, dicens: Aperi mihi  
foror mea: Deo aperiendi aperiendum est nobis,  
Deo in nobis bona operantis, cooperandum  
est, Gillibe. 1. item, 49. in Cant. Quid est Iesu bo-  
ne ait, quod rogas aperi? Tu ipse habes clavem  
David, aperis, & nemo claudit, apparitio tua  
aperitio est; appare, & nemo tibi claudit. Et for-  
tasse miraque necessaria est, & cognate sunt sibi  
aperitio sponsæ, & apparitio sponsæ, aperitio sponsæ,  
& apparitio ejus, aperitio sponsæ apparitio ejus,  
& cooperatio ad eam dulces usus. Cum Deus  
pulsatur ad aperiendum ostium nostri cordis, non  
est claudendum à nobis, sed simul cum Deo  
aperiendum, & cooperandum cum ipso.

157.

Cant. 5.

Deo operan-  
ti, cooperan-  
dum à nobis:  
Gillibert.

158.

Ex Dei imperio accedit Josue, ut capiat civi-  
tatem Hay Pergit strenuus Dux & ad Principes  
ac duces exercitus sic locutus est c. 8. n. 4. Ponite  
insidias post civitatem, nec longius recedatis. Et  
eritis omnes parati. Ego autem, & reliqua multi-  
tudo, qua in eam est, ascendemus ex adverso co-  
tra urbem, cumque exierint contra nos, sicut antea  
fecimus, fugiemus, & terga vertemus, donec perse-  
quentes ab urbe longius protrahantur, repuntabunt  
enim non fugere sicut prius. Nobis ergo fugienti-  
bus, & illis persequentibus, consurgitis de insidiis,  
& vastabitis civitatem, iradeique eam Dominus  
Deus vester in manus vestras. Valdè mirabile,  
quòd post tot stratagemata, post tot fugæ simu-  
lationes, atque post tot rerum ambagines, ju-  
bet magnus belli Dux sperare Divinum auxi-  
lium, tradet eam dominus deus vester in manus  
vestras, Deus mandavit descendere in urbem  
Hay dicens, tradidi eam, Regem ejus, ac populum  
illius in manus tuas. Ibid. n. 2. Adest dei impè-  
rium, promissio, ac auxilium, ad quid requirun-  
tur tot rerum simulationes, ac fugæ? Gaudet  
deus quippe diligentia humana illoque homi-  
nes juvat, qui otium, ac inertiam excutit; nã  
deus sic est auxiliator, ut non totius rei sit ef-  
fector, sed nostram simul secum cooperationem  
requirit, Theodoret. q. 10. Docet, ait, etiam fide-  
les nos esse commixtis humanis, nempe ut auxilio  
Divino; cum enim solo tubarum sono primam ur-  
bem cepissent, merito sanè discurrunt certare, labori  
incumbere, & suppetias divinas expectare. Con-  
festim ergo dimicantibus illis succurrit Deus.

Dei Donis  
cooperandum

Theodor.

159.

Formato primo Parente dixit Deus, Non est  
bonum esse hominem solum, faciamus ei adjuto-  
rium simile sibi, Genes. 2. n. 18. & statim sub-  
ditur, Tulit Deus unam de costis Adam, & adi-  
ficavit eam, quam tulerat de Adam in mulie-  
rem, Ibid. num. 2. 2. Ut Deus formet adjutorium  
simile

Genes. 2.

Primas qui  
Divina scri-  
psit, & ca-  
nit multo est  
in honore.  
Matth. 11.

Prophetas tenent principatum; gesta enim Filii  
Dei calamo scripti & admirabili voce Psalte-  
rii cecinit. Inter Christi avos, atavosque prior  
non ine censetur David, & licet annis minor  
Abrahamo; tamen ei præferatur, Matth. 1. n. 1.  
Fili David, Fili Abraham, &c. cur tanto Da-  
vid honore insignitur, ut inter hominum seriem  
locum primatem habeat? Rupertus lib. 1. In  
Matth. Sacramenta, Incarnationis, Passionis, &  
Ascensionis, cunctis post se venturis sæculis legen-  
da, vel canenda conscripsit. Non mirum si Abra-  
hamo David præponitur, cum princeps inve-  
nit modos divinitatis laudandæ; ipse enim in-  
ter Prophetas fuit primus, qui vaticinia sua  
scripsit, ac voce Psalterii cecinit.

Nonò: Communis, & vera Recentiorum  
sententia est Cornelii, Sa, Menochii, Estii, Tiri-  
ni, La Haye, quæ per clavem David intelligit  
supremam, & altam Christi potestatem ad re-  
gendam, ac gubernandam Ecclesiam suam, fre-  
quenter enim per claves potestatis denotatur, &  
in hujus rei signum Principibus, ac Regibus  
dantur urbium claves; & loquitur Christus  
de Ecclesia, quasi de una domo, nempe templo  
cujus claves habet Christus, unde subditur:  
Ecce dedit coram te ostium apertum. Et hæc po-  
testas ad ligandum, ac absolvendum sub nomi-  
ne clavium data est Petro, & ejus successoribus,  
Matth. 16. n. 18. sicut & Doctoribus ad  
interpretandas: & exponendas Scripturas.

Matth. 16.

155.

Et hæc potestas vocatur clavis David, non  
quòd eandem illam habuerit David, sed quia  
hæc potestas David, seu familiae Davidis pecu-  
liariter promissa est, & in Christo complera:  
juxta dictum Gabrielis ad Virginem Luc. 1.  
n. 32. Deinde clavis Davidis est clavis templi;  
cujus ipse primus, & principalis fuit auctor;  
nam Salomoni totius templi ideam delineavit,  
& omnes impensas subministravit. 1. Paral. 28.  
n. 11. Per domum autem, ac templum David  
intelligitur Ecclesia, ut certum est; & in Chri-  
sti D. Typo dicitur Eliachim filio Eleæ, Isai. 22.  
1. Dabo clavem Dei super humerum ejus: ut  
aperiat, & non erit qui claudat, & claudet, &  
non erit qui aperiat.

Cur dicitur  
clavis Da-  
vid. Luc. 1.

Isai. 22.

156.

Divina virtus claudit, & aperit ostium ad  
Ecclesiam, & in hujus rei typum Divina vir-  
tus aperuit mare filii Israël ac terram Promis-  
sionis, & clausit Egyptiis eorum submersio-  
nem. Exod. 14. n. 12. Sap. 10. n. 18. Sicque Deus  
collocavit ante Paradysum voluptatis Cherubim,  
& flammam gladium, atque versatilibus ad cu-  
stodiendum viam ligni vite. Genes. 3. num. 24.  
Gladius in manu Angeli erat versatilis ex uno  
loco in alterum movebatur, ut unis daret lo-  
cum ad ingressum, aliis illum intercluderet.  
Rupertus l. 3. in Genes. cap. 32. Gladius versa-  
tilis, sententia est Divini judicii, quæ talis est, ut  
possit versari, id est, non semper eadem distinctione  
claudit hominibus aditum Paradisi; nos enim per  
mysterium Angelorum examinati, Paradysum  
intraturi sumus.

Exod. 14.  
Sap. 10.

Genes. 3.

157.

Cur p. illi  
clav. Da-  
vid.  
Gen. 20.  
Nu. 12.